Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

In Domo Pilati, hora 13. 14. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

Hora 9.

Recepit alapam à miniſtro Pontificis. *Vnus aſſiſtens* Ioan.18.
[mini]ſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes Pon-
[tifici]?

Hora 10.

In Domo Caiphæ.

Examinatus fuit. *Adiuro te per Deum viuum, vt di-*
[cas] nobis, ſi tu es Chriſtus Filius Dei. *Matth.26.*

Hora 11.

Reſpondet Chriſtus. *Tu dixiſti. Veruntamen dico* *Matth.26.*
[vo]bis: amodò videbitis Filium *hominis ſedentem à dextris*
[virtutis] & venientem in nubibus cœli.

Hora 12.

Exſpuerunt in faciem eius, colaphis eum cæciderunt, & *Matth.26.*
[pal]mas in faciem eius dederunt: Et velauerunt eum, *Luc.21.*
[et] percutiebant faciem eius: & interrogabant eum dicen-
[tes]: Propheti za, quis eſt, qui te percuſſit? Et alia multa
[bla]ſphemantes dicebant in eum.

Hora 13.

In domo Pilati.

Examinatus fuit. *Interrogauit eum Præſes, dicens:* *Matth. 27.*
[Tu] es Rex Iudæorum? Reſpondet, *Regnum meum non* *Luc.23.*
[eſt] de hoc Mundo.
Ioan.18.

Hora 14.

Subiunxit Pilatus. Ergò *Rex es tu?* Reſpondet Ie- *Matth.27.*
Pars Quarta;

ſus. *Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni in Mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Hora 15.

Non reſpondet accuſationibus. *Et cùm in multis accuſaretur, nihil reſpondit, ita vt miraretur Præſes vehementer.*

Hora 16.

In domo Herodis.

Luc. 23. Lætatur, ſibique congratulatur Herodes de viſo Chriſto. *Herodes viſo Ieſu, gauiſus eſt valdè.*

Hora 17.

Luc. 23. Non reſpondet curioſitati Herodis. *Interrogabat eum multis ſermonibus, & ipſe nihil illi reſpondebat.*

Hora 18.

Luc. 23. Spretus, veſteque albâ indutus fuit. *Spreuit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte albâ, & remiſit ad Pilatum.*

Hora 19.

In domo Pilati.

Ioan. 18. Matth. 27. Marc. 15. Poſtpoſitus fuit Barabbæ. *Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Ieſum? Clamauerunt omnes, dicentes: non hunc, ſed Barabbam.*

Hora 20.

Ioan. 19. Fuit flagellatus. *Apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.*

Hora